

In nomine domini tricesimo primo anno principatus domini nostri guaymarii et decimo anno ducatus eius amalfi et syrrenti et septimo anno principatus domini gisolphi eius filius gloriosus principibus mense augusti prima indictione. Ego petrus filius idem petri qui sum commorante in locum sarnu at ipsi callielli dum congruum mihi fuit bona etenim mea voluntate et per hanc quoque videlicet cartulam per motum et largietatem domini Iohanni castaldi ante eius presentia venumdedi tibi domino stephani venerabili sacerdote et abbati monasterii sancte dei genitricis et virginis mariae que fundata esse videtur at illa spelea sub monte vesubeo quem dominus martinus venerabilis sacerdos et abbas a nobo construxit fundaminendum una petia de terra rebus mea quem pertinentem habet in actu palmos ses super casale carbonaria ubi dicitur at agrifolio quod est castanietum sicuti esse videtur per hec finis desuper capite a parte orienti est finis suprascripti sancti vestri monasterii. a meridie est finis de heredibus aleclusi de eodem loco carbonaria. desuper capite est finis de heredibus cuiusdam sillicti. a septemtrione namque est finis de heredibus boni. Hec vero ipsa petia de terra quod est castanietum qualiter per finis indicatum est totum et integrum illud tibi venumdedi et de predicta mea venditione nec michi nec cuicumque alteri nullam exinde reserbabi babendum potestate nec in quabis partibus dicimus exinde remanere qualibet surtione set una cum inferius et cum vice de viis et anditis suis. et cum omnia intro se habentibus cum omnibusque suis pertinentiis integrum illud tibi venumdedi habendum et possidendum. unde per hanc mea venditione tibi confirmanda

Nel nome del Signore, nel trentesimo primo (→ trentesimo) anno di principato del signore nostro Guaimario e nel decimo anno del suo ducato di **amalfi** e **syrrenti** e nel settimo (→ sesto) anno di principato del signore Gisulfo suo figlio, gloriosi principi, nel mese di agosto, prima indizione. Io Pietro, figlio dell'omonimo Pietro, abitante nel luogo **sarnu** presso il castello, poiché fu per me opportuno, di mia spontanea volontà e mediante cioè anche questo atto per incitamento e liberalità di domino Giovanni gastaldo, in sua presenza ho venduto a te domino Stefano, venerabile sacerdote e abate del monastero della santa genitrice di Dio e vergine Maria che risulta essere edificata presso quella grotta sotto il monte **vesubeo** che domino Martino venerabile sacerdote e abate costruì da nuove fondamenta, un pezzo di terra di mia proprietà che é nelle pertinenze del villaggio di **palmos** sopra il casale **carbonaria** (A) dove si dice **at agrifolio** che é un castagneto, come risulta essere per questi confini: dal capo di sopra dalla parte di oriente é il confine del suddetto vostro santo monastero, a mezzogiorno é il confine degli eredi di Alecluso dello stesso luogo **carbonaria**, dal capo di sotto é il confine degli eredi di tale **sillicti**, a settentrione infine é il confine degli eredi di Bono. Invero questo stesso pezzo di terra che é un castagneto come per confini é stato indicato, tutto e per intero lo ho venduto a te e della predetta mia vendita né a me né a chiunque altro ho pertanto riservato ad avere alcuna potestà né in qualsiasi parte diciamo pertanto sia rimasta alcuna porzione ma con le parti inferiori e superiori e con le sue vie di ingresso e di uscita e con tutte le cose che entro vi sono e con tutte le cose ad esso pertinenti per intero lo ho venduto a te affinché tu lo abbia e lo possieda.

recepti exinde a te suprascripta pretium auri tari boni quattuor in omnem deliberationem quomodo inter nobis conbenit. finitaque hec mea venditione ~~ea namque ratione. ut integra suprascripta mea venditione.~~ ea namque ratione. ut integra eadem mea venditione velut prelegitur habeatis et possideatis tu superius dicte domine stephane venerabilis abbas tuosque posteros pars prescripti sancti vestri monasterii in vestra sit potestate faciendum exinde omnia quod volueritis sine omni contrarietate vel requisitione mea et de meis heredibus et sine cuiquam hominibus contradictione. Ex qua repromisi guadium tibi dedi et medietatorem tibi exinde posui simeone presbiter filio sparani ex eodem loco carbonaria et ioanne filio dominandi de superdicto loco sarnu et per ipsa eadem guadia per combenientia obligo me et meos heredes tibi tuisque posteris pars prephati sancti vestri monasterii hec predicta mea venditione antistare et defendere ab omnibus hominibus ab omnique partibus quod si minime vobis illut antistare et defendere potuerimus vel noluerimus aut si nos ipsi per quolibet ingenio tornare vel remobere hoc voluerimus tunc eadem combeniente ordine obligo me et meos heredes tibi tuisque posteris pars iam dicti sancti vestri monasterii componere tari triginta auri solidi constantinianos et in antea ex omni tempore adversus vos taciti et contenti maneamus et ut super legitur illut vobis defensemus et quando per vos exinde vultis fieri auctores et defensores firmam habeatis licentiam cum ista chartula et cum qualias rationes inde habere potueritis vice nostra exinde causa recte contendere et omnem definitionem inde facite sicuti nos facere debuissimus et predicta mea venditione per vos ipsos defendat et securiter possideat. Et hec chartula ut super

Onde per confermare questa mia vendita a te, ho dunque ricevuto da te il soprascritto prezzo, quattro buoni tarenì d'oro, in ogni deliberazione, come fu tra noi convenuto. E avendo definita questa mia vendita per certo in quella condizione che la stessa mia integra vendita, come prima si legge, abbiate e possediate tu sopraddetto domino Stefano venerabile abate e i tuoi posterì e la parte del predetto vostro santo monastero e sia pertanto in vostra potestà di farne tutto quel che vorrete senza alcuna contrarietà o richiesta mia e dei miei eredi e senza contraddizione di alcun uomo. Per la qual cose ho promesso e ti ho dato guadia e pertanto ho posto per te come garante Simeone presbitero, figlio di Sparano dello stesso luogo **carbonaria** e Giovanni figlio di Dominando del predetto luogo **sarnu** e per la stessa guadia per accordo obligo me e i miei eredi a sostenere e difendere questa mia suddetta vendita per te e per i tuoi posterì e per la parte del predetto vostro santo monastero da tutti gli uomini e da ogni parte. Poiché se per niente la potessimo sostenere e difendere per voi o se non volessimo o se noi stessi con qualsiasi artificio volessimo modificare o annullare ciò, allora per la stesso tenore dell'accordo obligo me e i miei eredi a pagare come ammenda a te e ai tuoi posterì e alla parte del predetto vostro santo monastero trenta solidi d'oro di Costantinopoli in tarenì e d'ora innanzi in ogni tempo rimaniamo silenziosi e contenti nei vostri confronti e, come sopra si legge, lo difendiamo per voi. E quando dunque vorrete essere voi stessi attori e difensori abbiatene ferma facultà con questo atto e con quali ragioni a riguardo potrete avere. In vece nostra pertanto giustamente contendete in causa e fate dunque ogni definizione come se la dovessimo fare noi e voi stessi difendete la predetta mia vendita e possedetela in sicurezza. E questo atto, come sopra si legge, sia sempre fermo e rimanga stabile

legitur semper sit firma et stabilis nobis permaneat. Quam te maio clericum et notarium scribere rogavimus acta palmense. ✕ ego qui supra ioannes ✕ ego ioannes presbiter.	per noi. Il quale a te maio , chierico e notaio, richiedemmo di scrivere. Redatto in palmense . ✕ Io sopraddetto Giovanni. ✕ Io presbitero Giovanni.
--	--

Note:

A) Carbonara di Nola, a brevissima distanza da Palma Campania, provincia di Napoli